



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 133. Galliarum Rex Angeriacum profectus, Burdegalam expugnaturus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Secul. XV.
A.C. 1453.

§. CXXXIII.

Rex Galliae Angeriacum petit Burdegalam expugnaturus.

*Joa. Chart.
Hist. Carol.
VII.*

*S. Jean.
d'Angely.
Chalais.*

Ineunte Vere Galliarum Rex exercitum suum educens, primo Lusignanum in Pictavia, dein Angeriacum petiit, Burdegalam recuperaturus. Hunc in finem Jacobus Chabannius Regii Palatii Praefectus, & Pentiverius Comes expeditioni initium dabant ab obsidione Caleti, qua urbe expugnata praesidiarius miles captus, vitae tamen gratiam obtinuit, exceptis octoginta civibus, qui seditionem suam capite luerunt. Parta hac victoria exercitus Duranio amne vectus Castellonium usque processit, urbem expugnaturus. Ast Talbotus Anglorum Belidux comperto Gallorum itinere confestim eductis Burdegala quinque peditum millibus die decima septima Julii Gallicis occurrit, ac primo quidem Abbatiam prope Castellonium adoritur, quam etiam Gamachus illius Gubernator strenue tueretur, hostibus tamen sese imparem videns, servatis ordinibus, pugnaque continuata pedem retulit, ubi circiter centum viginti suorum amisit, licet ipsemet prope in captivitate incidisset.

§. CXXXIV.